Cum pacifica possessione per Mtem Regni Gtem et Nobiles duos officio acceptan-
dam dat et admittit. Pacem quoque tuitionem evictionem omnimodam
occasione commissionem ab omni impedimento iuridico quarumvis per-
sonarum propinquarum et remotarum toto tempore tenutae eiusmodi
cavet sub vadio simili Et coram officio praesenti in primo citationis
termino peremptorie respondere ac satisfacere sine ulla dilatione
motione appellatione diffugioque ac exceptione.

Morze Kiersnowska Reformat.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Bransceñ
personaliter Comparens Nobilis Adamus olim Stephani Morze dictus
Drohiciensis Sanus mente et corpore existens a foro suo et iure ordinario,
ac competenti recedendo praesenti foro et iuri ordinario se totaliter
incorporando palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili
Anastasiae Kiersnowska filiae Nobilis Stephani Kiersnowski Con-
sorti vero suae legitimae Ratione vero dotis post eam accepti et in bona
sua importatae in medietate omnium et singulorum bonorum suorum
mobilium et immobilium in haereditate Morze et alibi ubivis locorum
consistentium haereditariorum paternorum maternorum obligatoriorum
quorumvis summarumque pecuniariarum de modo quovis ac cuiuscunque
concernentium Nunc habitorum et in posterum favente divina Clemen-
tia habendorum et acquirendorum summam Ducentorum florenorum
polonicalium veri dotalitii et aliam summam decem florenorum polonicalium addotalitii
inscribit reformat, dotalicii et addotalicii atque more aliorum dotaliorum
et Reformationum hoc in Regno observari solitorum. Hac sua
personali recognitione mediante

Lyskowna Michorski Intercisam Approbat.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Bransceñ
Generosa Maribella Lyskowna relicta consors olim Generosi Stephani Raiko-
wski vidua, Et Generosus Mathias Michorski nomine suo et Generosae Zophiae Kar-
towska Coniugis suae a qua de rato et grato inscriptionis plenissima
pacem cavet ac se de bonis omnibus cum posteris suis inscribit parte
ex alia sani in mente et corpore existentes palam publice ac libere reco-
gnoverunt et quilibet eorum suo pro interesse recognovit. Quia ipsi
intercisam certam seu contractum Ratione arendae bonorum Dabro-
wka Woiny et Debnik tum et inventarium ratione eorundem bo-
norum conscripti de data in Dabrowka vigesima quarta Junii
Anno praesenti confectum manibus suis et certorum amicorum sub-
scriptum et vadio Trecentorum septuaginta florenorum polonicalium fir-
matum in omnibus eiusdem intercisae et inventarii punctis clausulis
articulis et conditionibus approbant confirmant et ratificant

Eaque omnia